ei in rectū quæpiam recta linea: quod à tota cū adiuncta, & quod ab adiuncta, vtraque simul quadrata; duplicia sunt, & eius, quod à dimidia, & eius, quod à composita ex dimidia & adiuncta, tanquam ab vna, descriptum sit, quadratorum.



Problema 1. Propositio 11.

Datam rectam lineā secare, vt compræhēsum sub tota, & altero segmentorum rectangulum, æquale sit ei; quod à reliquo segmento fit, quadrato.



Theorema 11. Propositio 12.

In amblygonijs triangulis, quadratū, quod fit à latere angulum obtusum subtendente, maius est quadratis, quæ fiunt à lateribus obtusum angulum comprehendentibus; rectangulo bis compræhenso, & ab vno laterum, quæ sunt circa obtusum angulum, in quod eum protractum fuerit, cadit perpendicularis, & ab assumpta exterius linea sub perpendiculari prope angulum obtusum.